Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

I li. de cibis ad.

turbis tristius ostendit. Sequitur. Et ait: accipite et comedite. Aug. Invitat dominus servos ut preparet eis cibum seipsum. Sed quis audeat manducare dominum suum? Et tamen quicumque manducat reficitur et non deficit. Vivit manducatus quia surrexit occisus. Nec cum manducatur partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisque partem suam accipit. Per partes manducatur in sacramento et manet integer totus in celo, totus in corde tuo. Ipse est una dum sacramenta que non est ad invicem et ad intellectum. Quod videtur habet speciem corporalem, quod intelligitur fructum habet spiritualem. Aug. Carnem Christi non edant cum in sacramento quod et multi mali faciunt, sed usque ad spiritus participationem manducent, ut in corpore domini tanquam membra maneant ut eius spiritu vegetentur. Ambr. Ante consecrationem panis est; ubi autem verba Christi accesserunt, dicitur: Hoc est corpus meum, corpus Christi est.

Ser. iohem.

de sacramentis.

Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur

Omel.

Quia sua. Remig. Sicut corpus sub specie panis discipulis dederat, pulchre et calicem cum sanguine tradit eis. Unde dicitur: Et accipiens calicem gratias egit et cetera. In quo demonstrat quantum de nostra salute gaudeat, cum pro nobis et sanguinem suum tradere. Orig. Ideo et gratias egit ut nos doceret quomodo nos oporteret hoc ministerium perficere, et demonstratur quod ad passionem non nolens venit. Erudivit et nos quod cum patimur cum gratiarum actione ferre et ex hoc longa [illegible]

detur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam vobiscum novum in regno patris mei.

quod continet novum. Sicut enim vetus testamenti

bis dedit. Si enim figura huius sacrificii, scilicet immolatio agni paschalis, facta est liberatio populi ab egyptiaca servitute, multo magis veritas liberabit orbem terrarum. Sequitur. Et dedit illis dicens: bibite ex hoc omnes. Ne autem hoc audientes turbarentur, primus ipse sanguinem suum bibit, inducens eos sine turbatione in communione mysteriorum. Ieron. Sic ergo ipse fuit conviva et convivium, ipse qui comedens et qui comeditur. Sequitur. Hic est sanguis meus novi testamenti. Orig. Hoc est annuntiationis legis nove. Hoc enim

I psalm. dum

Omel.

promittebat vetus testamentum, huius sanguinem vitulorum et novum, ita novum habet dominicum. Remig. Sic enim legitur quod accepit Moyses sanguinem agni et misit in cratera, et intincto fasciculo ysopi aspersit populum dicens: Hic est sanguis testamenti quod mandavit ad vos deus. Orig. Sanguinem autem voluntatis et passionem suam pronuntiat dicens: Qui pro multis effundetur. Et rursus dicit mortis causam cum subdit: in remissionem peccatorum. Quasi dicat: sanguis agni in Egipto effusus est pro salute primogenitorum populi Israel; hic autem in remissionem peccatorum totius orbis terrarum. Remig. Et notandum quia non ait pro paucis aut pro omnibus sed pro multis, quia non venerat unam tantum gentem redimere, sed multos de omnibus gentibus. Orig. Hoc autem di

Omel.

Omel.